

[Propria w formacie pdf do pobrania](#)

## VERBUM DOMINI

### Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corínthios.

1 Cor 9:24-27; 10:1-5

**Fratres: Nescítis, quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite, ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet: et illi quidem, ut corruptíbilem corónam accípiant; nos autem incorrúptam. Ego ígitur sic curro, non quasi in incértum: sic pugno, non quasi áërem vérberans: sed castígo corpus meum, et in servitútem rédigo: ne forte, cum áliis prædicáverim, ipse réprobus effíciar. Nolo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiérunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube et in mari: et omnes eándem escam spiritálem manducavérunt, et omnes eúndem potum spiritálem bibérunt bibébant autem de spiritáli, consequénte eos, petra: petra autem erat Christus: sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.**

### R. Deo gratias

Bracia: Czyż nie wiecie, że ci, którzy biegną w zawody, choć wszyscy biegną, jeden tylko otrzymuje nagrodę? Tak biegnijcie, abyście otrzymali. A każdy, który idzie w zawody od wszystkiego się powstrzymuje: oni, aby otrzymać wieniec znikomy, a my — trwały. Ja tedy tak biegnę, nie jakoby na oślep; tak walczę, nie jakoby wiatr uderzał, ale karcę ciało moje i do posłuchu przymuszam, abym snadź innych nauczając sam nie był odrzuconym. Bo nie chcę, bracia, abyście wiedzieć nie mieli, że ojcowie nasi wszyscy byli pod obłokiem i że wszyscy przez morze przeszli. I wszyscy w Mojżeszu, obłoku i morzu ochrzczeni byli. I wszyscy pożywali tenże pokarm duchowy, i wszyscy pili tenże napój duchowy (a pili z opoki duchowej, która im towarzyszyła, a opoką był Chrystus). Ale nie w wielu z nich upodobał sobie Bóg.

**Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaëum.****R. Gloria tibi Domine!**

Mt 20:1-16

**In illo témpore: Dixit Iesus discipulis suis parábolam hanc: Simile est regnum coelórum hómini patrifamílias, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Conventióne autem facta cum operáriis ex denáριο diúrno, misit eos in víneam suam. Et egréssus circa horam tértiam, vidit álios stantes in foro otíosos, et dixit illis: Ite et vos in víneam meam, et quod iustum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam et nonam horam: et fecit simíliter. Circa undécimam vero éxiit, et invénit álios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otíosi? Dicunt ei: Quia nemo nos condúxit. Dicit illis: Ite et vos in víneam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dóminus víneæ procuratóri suo: Voca operários, et redde illis mercédem, incípiens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo qui circa undécimam horam vénerant, accepérunt síngulos denários. Veniéntes autem et primi, arbitráti sunt, quod plus essent acceptúri: accepérunt autem et ipsi síngulos denários. Et accipiéntes murmurábant advérsus patremfamílias, dicéntes: Hi novíssimi una hora fecérunt et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi et æstus. At ille respóndens uni eórum, dixit: Amíce, non facio tibi iniúriam: nonne ex denáριο convenísti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere? an óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novíssimi primi, et primi novíssimi. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti.**

**R. Laus tibi, Christe!**

Onego czasu rzekł Jezus uczniom swoim tę przypowieść: Podobne jest Królestwo Niebieskie gospodarzowi, który wyszedł bardzo rano najmować robotników do winnicy swojej. A uczyniwszy z robotnikami umowę po denarze za dzień, posłał ich do winnicy swojej. I wyszedłszy około godziny trzeciej, ujrzał innych stojących na rynku beczynnie. I rzekł im: «Idźcie i wy do winnicy mojej, a co będzie sprawiedliwe, dam wam». A oni poszli. I znowu wyszedł około szóstej i dziewiątej godziny, i uczynił podobnie. Wszedł jeszcze około jedenastej i znalazł innych stojących i powiedział im: «Czemu tu stoicie próżnując dzień cały?» Mówią mu: «Bo nas nikt nie najął». Rzekł im: «Idźcie i wy do winnicy mojej». A gdy nadszedł wieczór, rzekł pan winnicy rządcy swemu: «Zwołaj robotników i daj im zapłatę, począwszy od ostatnich, aż do pierwszych». Gdy tedy przyszli, którzy około godziny jedenastej przybyli, otrzymali po denarze. A gdy przyszli także pierwsi, mniemali, że więcej otrzymają, ale i oni otrzymali po denarze. A wzięwszy szemrali przeciw gospodarzowi mówiąc: «Ci ostatni tylko jedną godzinę pracowali, a uczyniłeś ich równymi nam, którzyśmy znosili ciężar dnia i upału». A on odpowiadając jednemu z nich rzekł: «Przyjacielu, nie wyrządzam ci krzywdy. Czyżes się ze mną nie umówił za denara? Weźmij co twoje, a idź; chcę wszakże i temu ostatniemu dać jako i tobie. Czyż mi nie wolno uczynić co chcę? I czyż złym patrzysz okiem na to, żem ja dobry?» Tak ci ostatni będą pierwszymi, a pierwsi ostatnimi. Bo wielu jest wezwanych, ale mało wybranych.

